



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De interdicti ecclesiastici effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

ipso non electa sepultura, est cuiusque mortui sepulchro destinatus, sepeliantur sane in ecclesia, cui corpus illud pertinet, ac competet, etiam si ea interdicta sit. At si ab his oblatis electa fuerit ad sepulchrum ecclesia, cui seclusa electione iure Pontificio minime corpus illud competeat, & ea sit interdicta, non sunt admittendi ad ecclesiasticam sepulturam per eos electam, quod ex vero sensu eiusdem capituli deducere videntur Hostiensis, Panor. & alij in d. c. vi privilegia. & Syluest. in verbo interdictum. §. quest. 8. Oblati vero dicuntur ad huius privilegij usum qui non tantum propria bona, sed se ipsos dederint monasterio, quemadmodum glo. explicat in verbo, v. b. denarijs. & ibi Abb. in d. c. vi. privilegia. quod facilius intelligi poterit, si prænotemus, maximam differentiam esse inter conuersos, & oblatos. Nam conuersi sunt qui mutato habitu religionem ipsam profitentur minime ordine ecclesiastico præditi, & hi cum cæteris religiosis intra monasteriorum claustra vitam agunt. oblato vero sunt qui absque religionis professione se ipsos perpetuo monasterio obtulere, sicuti tradunt Cardinal. in Clem. I. de decimis. col. vlt. Abb. in c. non est. de regulari. sensu. Lapsus allegatione 129. est etenim necessaria perpetua oblatio. c. per exemptionem. de privilegio. glo. cum & plantare §. vlt. cap. auarum. & ibi Abb. de privilegio. ex quibus constat, conuersum dici proprie religiosum, & personam ecclesiasticam. c. non dubium. 2. parochianos. extra isto in idemque; colligitur ex notatis per Abbat. in rubr. de reg. Dec. in c. ecclesia S. Maria. de consuet. & ea ratione, quod Religiosus proprie sit qui tria vouerit, nempe Paupertatem, Obedientiam, & Castitatem, auctore dicitur Thom. 2. 2. quest. 186. art. 7. quibus non oblat text. in cap. ex eo. de elect. isto libro, quia inibi conuersi non habentes ecclesiasticum ordinem laici dicuntur, quo ad electiones ad differentiam eorum, qui Clerici sunt, id est, ordinem ecclesiasticum acceperunt, etenim hi tantum ad electionem admittuntur, imo per constitutionem Clem. vi. hi qui diuini. de etate & qualitat. hi tantum ad eam sunt admittendi qui sacris fuerint ordinibus insigniti. Oblatus vero qui mutato habitu non manet in seculo, & est proprie persona ecclesiastica: qui autem in seculo manet, non proprie, sed large persona ecclesiastica dicitur. gl. in verb. mutatio habitu. Card. Abb. & Dd. in d. c. vi privilegia. textus optimus in c. pen. de privilegio. Capella Tholofana 8. vbi Aufferi, & Panor. ac Socin. in d. c. forma compet. tractant, an oblati sit exempti à iurisdictione iudicis secularis, sed quod oblati, qui habitum non mutauerit, possit matrimonium contrahere, eadem Capella Tholofana asserit, nu. 33. cui ipse libenter accesserim idem constanter opinatus in quocumque oblati, qui votum castitatis non emiserit tacite vel expresse, etiam si habitum secularem mutauerit. Non enim video quid in hac specie matrimonij vinculum impediatur. Que quidem omnia presentit Archid. in d. c. ex eo. & in c. vi. lex continentia. vbi gl. optima. 27. quest. 1. Bald. in l. generalis. & in Authent. ingressi. num. 8. C. de sacrosanct. eccles. Ioa. Saphilaus de lite. grati. & in folio 77. inibi explicans, hac ratione non amittere beneficii ecclesiasticum eum, qui monasterium fuerit ingressus. Ut oblati fiat non monachus. His sane præmissis ad intellectum text. in d. c. vi. privilegia. obseruandum est, non esse satis, quod cōfratres, & oblato bona sua, etiā omnia monasterio dederint, etenim hæc donatio, quæ per se, ac simpliciter nõ sufficit ad hæc privilegia, imo est necessarium, quod cōfratres mutato habitu se ipsos perpetuo dederint monasterio, vel absq; habitus mutatione se, & sua monasterio reseruato usufructu tradiderint, & obtulerint. Denique erit satis sufficiens oblatio personarum absque mutatione habitus cum rerum item donatione, aut ipsa mutatio habitus cum personarum oblatione. atque ita est accipiendum quod in d. c. vi. privilegia. Doct. adnotarunt, ut inibi explicat eleganter Panorm. sic intelligens illud Rom. Pontificis responsum, cui omnino adiungere text. in d. c. cum & plantare. §. de confratribus.

Quod si quis exacte perpendat decisionem text. in d. c. vi. privilegia. manifeste deprehendet, ex eo, tempore interdicti nõ potuisse olim quemquam sepeliri in loco interdicto apud aliquam ecclesiam, aut eius cœmeterium, idem apparet in c. si cinitas. §. vltim. supra isto titulo.

§. TERTIVS.

De interdicti Ecclesiastici effectu.

S V M M A R I A.

1 Penitentia sacramentum non tantum aegrotis, sed & sanis tempore interdicti poterit ministrari.

- 2 Eucharistia sacramentum, an possit ministrari famina prægnantibus tempore interdicti?
- 3 Sacramentum eucharistie poterit tempore interdicti dari agramatis ad mortem clausis, etiam in specialibus festiuitatibus.
- 4 Irregularis an sint qui tempore interdicti ordinis susceperint?

Quia vero ex distinctione huiusmodi statutorum exco-
citat indenotio populi, pullulant hereses, & infinita per-
cula animarum insurgunt: ac Ecclesijs sine culpa earum delib-
ta obsequia subtrahuntur, cum fratribus nostris delibera-
one habita super his diligenti, concedimus, quod tempore
interdicti ab homine, vel à iure prolato non tantum mor-
morientes, sed etiam viuentes, tam sani etiam quam infir-
mi ad penitentiam, quæ propter pronitatem, & facilitatem
hominum ad peccandum, summe necessaria est, licite admi-
tantur: dum tamen excommunicati non fuerint, quos ad-
mitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem
penitentiam sacramentum non tantum aegrotis in periculo
interdicti, illud modo à summo præfule indulgeri, quod
penitentia sacramentum non tantum aegrotis in periculo
mortis constitutis, sed & sanis, atque in vniuersum omni-
bus tempore interdicti ministrari valeat, quod secus esse
de eucharistie sacramento tenet gloss. hic communi omni-
um cōsensu recepta: in verb. admittantur. aliter, eucha-
ristie sacramentum interdicti tempore non posse penitenti-
bus ministrari: nisi & hi constituti sint in articulo, aut
periculo mortis. idem notat Abb. in cap. quod in te. de penit. &
remiss. col. 1. idque adeo verum est, ut ne sacramentum illud
possit exhiberi ipsis clericis, & religiosis, quibus licitum est
per hanc constitutionem ianus clausis celebrare. non enim
poterit minime celebrantibus missarum solennia eucha-
ristia dari, secundum Calder. in tract. de Eccles. interdict. 6. membra,
versicul. viso. Flor. part. 3. tit. 26. cap. 4. col. 3. Anch. & Franc. hic
hebet tamen fere omnes religioſi, & religioſæ privilegia
ad hoc sacramentum ab aliis ministrantibus recipiendum
tempore interdicti: sicuti patet in compendio privilegiorum
ordinum mendicantium in verb. communicare. §. 3.

Et præter alia plerique dubitarunt, an fœminis prægnan-
tibus, possit tempore interdicti sacramentum eucharistie
ministrari. nam Anch. hic, Ioan. Andr. & Card. in d. cap. quod
in te. censent, non posse his sacramentum istud dari: cum non
sint prægnantes fœminæ in articulo mortis constitutæ:
quamuis periculum mortis propter partum sint subijctæ,
Panor. tamen in d. c. quod in te. & in cap. pastoralis. §. 1. de offic. ord. ac
Syluest. in verb. interdictum. §. 9. 7. contrarium verius esse opi-
nantur, quoties periculum mortis, inspecta fœminæ præ-
gnantis qualitate, maxime timeri potest. quasi hac specie
par ratio sit mulieris prægnantis, & eius, qui graui aegritu-
dine affectus proximis esse morti censetur, quam tentan-
tiam veriorem esse arbitror ex his, quæ in priori huius rele-
ctionis parte tradidimus. §. 11. num. 8.

Sic & damnatis ad mortem, etiam tempore interdicti
dari poterit eucharistia: vt Calder. not. in tract. de Eccles. interdicti.
fol. 11. col. 4. quem secuti sunt Syluest. in verbo interdictum. §.
quest. 7. Anchor. & Franc. hic. col. 2. idemque & nos proba-
uimus lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 11.

Secundo, ab huius. §. decisione argumentari libet, ordinem
sacramentum non posse celebrari tempore interdicti. Eo
etenim tempore speciali iure quedam sacramenta ministrari
possunt, inter quæ ordinis sacramentum minime connume-
ratur: igitur & hoc sacramentum tempore interdicti veti-
tum est, nec poterit absque huius censuræ violatione cele-
brari. Quod in specie adnotarunt Innoc. & Prepos. col. 3.
in d. cap. non est vobis. Flor. part. 3. tit. 26. cap. 4. Palu. in 4. sentent. dist. 11.
18. quest. 8. artic. 2. principali, conclus. 6. Anchor. hic. col. 2. am-
sensit Calde. de Eccles. interdicti. fol. 12. col. 3. tenet idem Syluest.
in verb. interdictum. §. 9. 7. ad finem. quorum opinio cõmunis est:
ac multa quidem præmittit ex ea expressim deducenda.

Primum, quod Episcopus tempore interdicti ordines ce-
lebrans saltem maiores, & sacros, omnino irregularis est:
quod apparet ex eo, quia celebrat missarum solennia, & de-
inde actum exercet certo ordini Ecclesiastico competen-
tem, tempore ipso prohibito: cum ad Episcopalem ordinem
pertineat ministerium sacrorum ordinum, saltem præter
Episcopalem potestatem est necessarius in ipso Episcopo
ordo sacerdotij: quemadmodum ipse tradidi lib. 1. variar.
resolut. cap. 9. num. 15.

&c. 16

Secundum idem esse cenſeo in Epifcopo tempore interd. conferente minores ordines, aut primam tonſuram: nam & is erit irregularis, ſiquidem horum ordinu collatio ad Epifcopalem poteſtatem, & ordinem pertinet: vt plane compertum eſt. Imo etſi quandoq; prima tonſura, & minores ordines poſſint ab Abbatibus miniſtrari, neceſſario premit- tendus eſt in iſtis Abbatibus ſacerdotij ordo. *c. cum coningat. de ſtat. & qual. vnde apparet, Epifcopum in hoc caſu irre- gularẽ eſſe.*

Tertium, apparet hinc, tempore interd. non poſſe ordi- nis ſacramentum celebrari, etiam hiſ diebus feſtiuis, qui hiſ diebus in feſtiuitatibus, excipiuntur. quod notat Paludan. in d. *de ſtat. c. conſ. 6. & ſententiã præcitatã Doct. qui principalem concluſionẽ probant.*

Quartum ex eorundem authorum mente conſtat, non poſſe ordinis ſacramentũ miniſtrari tempore interd. ad- hucianus clauſis, interd. & excommunicatis excluſis. Nam permiſſio huius conſtitutionis pertinet ad officia diui- na: non autem ad ordinum celebrationem.

Quinto inferitur, nequaquam eſſe ordines celebrandos tempore interd. etiam ſi immineat neceſſitas ordinandi presbyteros, diaconos, aut ſubdiaconos, alioſue miniſtros, quemadmodũ viſum eſt Sylueſt. in verb. interd. cum. 5. q. 7. con- tra Panor. in c. non eſt vobis. quo in loco col. vlt. cenſet poſſe ordi- nis ſacramentũ tempore interd. miniſtrari, ſi immineat neceſſitas ordinandi miniſtros diuinorũ officiorũ, & ſacra- mentorum. Etenim nullibi in iure cautum eſt, quod hæc ſit vera, ac propria neceſſitas compellens ad interd. viola- tionem. & ideo Panor. opinio non eſt admodum tuta, licet eam ſequatur Gonſalus à Villadiego in tract. de irregulari. c. de interd. etiam ſi videam poſſe multis rationibus, & authori- tatibus eandẽ comprobari.

Sexto inde conſtat, tempore interd. ordinis ſacramen- tum nõ poſſe celebrari etiam ab Epifcopo, qui ipſum inter- dictum decreuit. Is etenim tenetur id ſeruare, vel illud tol- lere, aut ſuſpendere: alioqui erit irregularis. *c. vlt. de priuil. iſto lib. vi. Cap. de Eccl. interd. membro 5.*

Septimo, hinc oportet aduertere, an recipiens minores ordines tempore interd. ſit irregularis? & profecto ap- paret, eum eſſe irregularem, ſi agat aliquem actum ea ſolen- nitate, quæ certo conuenit ordini. Idcirco ſi in ipſamet ordi- natione actum egerit quis alicui ex minoribus ordinibus, ſpeciali quadam forma competentem, irregularis eſt. quem- admodum deducitur ex illa Innocentij ſententia, quam in hac ſecunda huius operis parte probauimus. §. 2. num. 3. regu- lariter tamen qui minores ordines accipit, nullũ actum agit eisdẽ ordinibus propriũ iuxta canonicam ſolemnitatem.

Octauo eadem ratione inferitur, irregularem eſſe eũ, qui tempore interd. fuerit diaconatus, an ſubdiaconatus ordi- ne inſignitus: etenim non poteſt quis hos ordines, aut eorundem alterũ adumere, quoniam aliquem actum agit ſolemniter hiſ ordinibus, aut eorũ alteri conuenienter: atq; ideo irregu- laritas maniſeſto iure contrahitur. Nam Epistolã, aut Euan- gelij legi Eccleſiaſtici veſtibus induit, eaq; ſolemnitate, qua ſolet in miſſarũ ſolemnium celebratione legi, quamobrẽ dubiũ non eſt, quin vitiũ hoc irregularitatis contrahatur.

Nono, idem reſpondendũ erit quo ad recipientem ordi- nem ſacerdotij tempore interd. nam is irregularis eſt, quippe qui ſimul cum Epifcopo cõcelebret, atque ideo actũ exequatur certo conuenientem ordini: id eſt eucharistiã conſecrationem: ſicuti not. Sylueſt. in verb. eucharistiã. 2. quaſt. 3. §. Thom. in 4. ſentent. diſt. 13. quaſt. 1. art. 2. quaſt. 2. & in 3. parti. quaſt. 82. art. 2. Palud. in d. 13. diſt. q. 4. art. 2. quibus viſum eſt, poſſe ſimul ordinatos cum Epifcopo ordinare conſecrare corpus Chriſti: atq; ita viſum apud quãſdam Eccleſias obtentum eſſe. Nec id mirum eſſe debet, cũ & Innocen. 3. de officio miſſæ. part. 3. c. aſſerat, conſueuiſſe preſbyteros cardinales Rom. pontifici circumſtare, & cum eo ſimul celebrare, & Corpus Chriſti conſecrare: ac demum eucharistiã a ſummo Pontifice accipere, ſignificantes Apoſtolos, qui cum domino Ieſu pariter diſcumbentes ab eo eucharistiã acceperunt. Qua ratione ſatis probatur irregularitatem in hoc caſu, quẽ tractamus, vere contrahi.

Decimo, hinc etiam aperitur, aſſiſtentes Epifcopo ordi- nandi irregulares eſſe, ſi vt diaconi, vel ſubdiaconi veſtibus indui ſacris huius ordinũ celebrationi coadiutores exte- rior ea peragentes, quæ in pontificali libro continentur. Agunt ſano actus tempore interd. certo conuenient-

ordini: nempe diaconatũ, vel ſubdiaconatũ: idcirco irre- gulares eſſe eos, maniſeſtum eſt.

Cæterum quæ in hac conſtitutione continentur in §. illa etiam, vsque ad §. adiuuimus. facilia ſunt, & per gloſſ. maxime in verb. relaxatio. explicantur.

§ QVARTVS.
S V M M A R I A.

- 1 Interdictum particulare non patitur, nec admittit huius capituli formam in celebrandis officiis diuinis.
- 2 Hospitalia etiam habent huius capituli priuilegium: ſicut Eccleſie, & monaſteria.
- 3 Interdicti tempore ſeruata forma huius conſtitutionis, quæ miſſarum ſolen- nia ſunt permiſſa?
- 4 Laici non ſunt admittendi ad miſſarum ſolemnia, quæ ſub hac forma cele- brantur.
- 5 Familiares, & Miniſtri clericorum: an ſunt admittendi ſi laici ſint, & quid de clericis exterioribus, & quid de conuſatis, & infantibus?
- 6 Irregularitas, an contrahatur, ſi non ſeruentur omnia, quæ in forma huius capituli continentur.
- 7 Ceſſatio à diuinis nõ admittat celebrationem diuinorum officiorum hæc ſer- uata forma?

Sed quo facilius percipiamus veram interpretationem huius conſtitutionis, ſubijcere libuit liberam §. adiuuimus, qui præcipuum huius tractatus partem obtinet.

Adiuuimus præterea, quod ſingulis diebus in eccleſijs, & monaſterijs miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, ſicut prius: ſubmiſſa tamen voce, & ianuis clauſis, excõ- municatis, ac interd. excluſis, & campanis etiam nõ pulſatis, & tam canonici quam clerici Eccleſiarũ, in quibus diſtributiones quotidianæ illis, qui horis interſunt canonicis tribuuntur, ſi ad officia nõ uenerint ſupradicta, diſtribu- tiones eandẽ amittent: ſicuti interd. perderent non extante, ſi diuinis officiis non adellent. Hactenus præſens conſtitutio permittit, tempore interd. diuina officia celebrari ianuis clauſis, interd. & excõ- municatis excluſis abſq; campanarũ pulſatione. Cui ſane reſponſo aliquos con- ſiderare intelletus, qui conſtitutionem iſtam ad præxim, & communem vtilitatem apertiore efficiant.

Primum, hæc permiſſio non in vniuerſum eſt accipienda: ſed ita quidem, quod in Eccleſia particulari affecta interd. minime locum habeat: quæ hæc conſtitutio in Eccleſijs obtineat, quæ ſint intra locum interd. non in Eccleſia ſpecialiter interd. quod gloſſ. hic notat in verbo, Eccleſijs, quam ſequuntur Ancha, Dominus Francus, & alij communi omnium ſententia. Angel. in ſumma in verbo, interd. 6. quaſt. 1. Sylueſt. verbo interd. 3. §. 1. Nicol. Miſis verbo interd. Rota in nouis 236. Felin. in c. Apoſtolica. nu. 3. de excep. Freder. conſ. 70. lo. And. Anton. Cardin. Abb. & Imol. vlt. col. cap. quaſt. de hiſ que ſunt à maior. part. Cap. Florent. 3. parti. titul. 26. cap. 4. Calder. de Eccl. interd. 2. membro fol. 5. col. 1. Gonſalus à Villadiego in tract. de irregulari. c. de interd. col. 3. quorũ Opinio communis eſt: & rationem habet ex eo, quod hæc conſtitutio de interd. generali tractet, non de ſpeciali.

Secundo, tempore interd. officia diuina, quæ per hanc conſtitutionem permittuntur celebrari, in ipſis Eccleſijs & monaſterijs celebranda ſunt: nec poterunt extra Eccleſias, & monaſteria etiam ianuis clauſis, excõ- municatis, & interd. excluſis, abſq; cymbalorum pulſatione celebrari, cum hæc permiſſio ita conceſſa ſit, vt intra ipſas Eccleſias, aut monaſteria, non alibi licitam faciat diuinorum officiorum celebrationem: ſecundũ Cald. de eccl. interd. 6. memb. Anch. & Franc. hic.

Tertio, dum Romanus Pontifex hic patrem indulgentiam Eccleſijs & monaſterijs concedit, ſatis oſtendit hæc in ſpecie, & in plerisque aliis appellatione Eccleſiarum, ipſa etiam monaſteria contineri. quod verum eſt in hiſ, quæ fauorem continent, non odium: in hiſ inquam, quæ fauorabilia ſunt, non in odiſis: quemadmodum reſponderunt Abb. in ca. 1. col. 3. de iur. am. ealum. Domin. in c. 2. col. 3. de in iur. leg. reſt. iſto lib.

Quarto, erit & hic text. intelligendus non tantũ in Ec- cleſijs, & monaſterijs, ſed & in hoſpitalibus: vt tandem in hiſ tempore interd. poſſint diuina officia celebrari iuxta huius §. formam, modo hoſpitalia fuerint authoritate Epifcopi erecta: in hiſ etenim, quæ ad fauorem pertinent, ſub appellatione Eccleſiarum hæc ipſa hoſpitalia intelligenda ſunt: præſertim vbi mens ipſius conſtituentis hanc interpretationem ob eandẽ rationem admittit, quod deducitur ex hiſ, quæ notantur in Clem. per literas de præb. & tradidit Fel.

in c. de quarta. de praescri. Curt. Jun. cens. 20. Rebuff. in tract. nominationem. q. 15. nu. 12

Quinto, idem erit dicendum in monasterijs monialium, vt etiam ipsis audientibus possint ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis, officia diuina celebrari: sicut in specie ascribit Syluest. in verb. interdictum. 5. q. 1. col. 2.

Sexto, per hanc constitutionem tempore interdicti, permessa sunt missarum solennia, non solum quae propria sunt illius diei, quo celebrantur iuxta ritum, & institutionem Ecclesiae, sic officia diuina ipsius sancti, cuius eo die festiuitatem Ecclesia colit, sed & alia quaecunque diuina officia, missarum item solennia diuae virginis Mariae, sancti Iacobi, aut alterius cuiusq; diuini, atque ita visum est Ioan. Andr. Domin. & alij hic. Calder. de Ecclesia. interdict. membro 6. colum. 7. & Syluest. in verb. interdictum. 5. quass. 1. colum. 2. aduersus Ioann. Monach. qui opinatur, tantum permitti per hanc constitutionem missarum solennia propria eius diei non autem alterius: quod falsum est, vt constat ex hac constitutione, quae permittit diuina officia secundum hanc formam tempore interdicti celebrari, sicut prius celebrabantur.

Septimo, animaduertere oportet, hanc permissionem locum obtinerent in interdicto in locum aliquo decreto: quasi secus sit, quoties interdictum pronuntiatum fuerit in personam. Is etenim, qui interdictus est, nequaquam poterit iuxta formam huius textus diuinis officijs operam dare: nec itidem in his diebus solennibus, quorum mentio fit in §. sequenti, quemadmodum communi omnium sententia obtentum est.

Octaua haec ipsa constitutio ita est interpretanda, vt ad officia diuina minime admittantur laici interdicti: nec ite illi, qui sunt incolae populi interdicti, licet ipsi interdicti non sint: & idem erit de quibuscunque laicis non interdictis: nam hi excludendi sunt ab auditione diuinorum officiorum, in loco interdicto: sicuti not. gl. hic. in verbo interdicti. quam Anchar. quass. 2. & ceteri Doct. Communiter sequuntur, quorum opinioni ad modum suffragatur text. in c. licet. de privileg. isto l. in princip. ex quo cessat argumentatio, quae a sensu contrario poterat ex huius capituli litera deduci aduersus communem: quam probare videntur Cald. & quotquot de hac materia scripserunt. tamen si Fred. in cons. 70. minime concedat, in hac specie irregularem esse eum, qui laicis non interdictis, etiam incolis loci interdicti admittit, diuina officia celebrauerit.

Nono, ad huius decisionis veram cognitionem inquirendum erit, an clerici omnes admittendi sint ad officia diuina quae secundum formam huius §. tempore interdicti celebrari possunt: & quidam opinantur, non esse admittendos clericos extraneos, sed tantum illos, qui sint illius Ecclesiae, in qua officia diuina dicenda sunt: quod expressim notat Archid. hic ab hoc text. adsumens probationem ex eo, quod canonicos, & clericos earundem Ecclesiarum admittat, quae quidem ratio debilis est: cum haec constitutio, dum mentionem facit canonicorum, & clericorum, de quotidianis distributionibus tractet, quae non debentur clericis exteris, atque ideo iure verius est, tempore interdicti ad officia diuina secundum huius constitutionis institutionem admittendos esse clericos quoscunque, etiam externos ab eo loco, qui interdictus sit: sicuti censent Ioan. Andr. Ancha. hic 3. q. Cald. de Eccles. interdicto, membro 6. colum. 3. Flor. part. 3. tit. 26. c. 4. Ange. in verb. interdictum. 6. §. 3. & Syluest. in verb. interdictum. 5. q. 1. quorum opinio Communis est, licet dubitauerint Domin. & Franc. hic, & Freder. conf. 92. quae quidem dubitatio potuit tolli ea ratione, quod hic paragraphus permittat diuinorum officiorum celebrationem tempore interdicti ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, submissa voce, absque pulsatione campanarum: sicut prius eo tempore, quo locus non erat interdictus, celebrari poterant: & tunc dubio procul quilibet clericus, etiam exteris admittendus erat.

Decimo ex his, quae in huius paragraphi interpretatione solent adnotari, opinor ipse, clericum coniugatum cum vnica, & virginem non esse admittendum ad officia diuina, quae seruata forma hic statuta permittuntur. Ad hanc vero sententiam inducor ea ratione, qua traditum extat, clericos & religiosos ad haec officia diuina fore admittendos, non laicos. Clerici autem coniugati etiam si cum vnica, & virgine contraxerint matrimonium, privilegium obtinent clericorum in duobus tantum, nempe quo ad canonem, & forum: in ceteris vero laici censendi sunt, iuxta Communem

resolutionem Doct. in c. vnico. de cler. coning. isto lib. Igitur non habent hoc privilegium, vt cu clericis tempore interdicti ad officia diuina admitti possint.

Vndecimo, erit nihilominus considerandum, tempore interdicti decretum clericis Ecclesiae seruiens familiaribus habebat, vt sibi in missarum solennibus ministraret, modo hic familiaris non sit interdictus in specie, nec generaliter quod ita explicant Calder. de Eccles. interdict. membro 6. Ancha. 3. colum. 3. & Franc. hic. quo fit, vt text. in c. licet. de privileg. isto lib. §. intelligendus sit de familiaribus non interdictis: cum interdicti semper sint ad diuina excludendi.

Duodecimo potest & in controuersiam incidere, an sint infantes excludendi ab his diuinis officijs, quae tempore interdicti seruata huius §. forma celebranda sunt. & Syluest. in verbo interdictum. 2. q. 17. existimat pueros nondum doli capaces, qui proprie interdicti minime censentur, etiam populo interdicto, non posse audire diuina officia in loco interdicto, cum eis hoc concessum non sit: atque hoc ipsum verum esse ipse censent in pueris, qui post septennium, etiam non sint doli capaces, percipiunt tamen, & intelligunt aliqua ex parte, & cognitionem habent diuinorum officiorum: cognoscunt equidem missarum solennia pertinere ad cultum diuinum, & ad Christianae religionis professionem. at in infantibus nequaquam hoc probarem. hi liquidem nihil sentiunt, nec percipiunt, quod officia diuina dicatur, vel cessent, nec eos tangit diuinorum officiorum prohibitio. Sepeliri autem non possunt isti infantes in Ecclesia tempore interdicti: quia de pulsatione prohibito aliam rationem habet: quae non deducitur ab aliqua cognitione prohibitionis eius actus, sed tantum ex eo, quod Ecclesia tempore interdicti nullum corpus admittat, quippe quae interdicta sit. officia vero diuina prohibentur ne quis ea audiat, aut celebret: quae ratio aliquam eius actus cognitionem praemittit. Non me latet, seruandam esse huius constitutionis formam, ita tamen quod superfluitate non accipiantur eius verba.

Decimotertio, intelligenda est prohibitio cymbalorum, & campanarum, quae hic fit, quo ad horas canonicas dicendas, quo ad missarum solennia celebranda: non tamen quo ad alia. Nam & tempore interdicti pulsari possunt campanae in signum praedicationis dominici verbi, & vt Christiani concionibus sacris adsint, item & ad salutationem angelicam: eum meminit gloss. in verb. Zabazala. in Clem. 1. de iuda. & inibi Abb. atque ita hunc decimumtertium intellectum in specie omnes Dd. probauerunt, praesertim Ioan. And. Domin. & Franc. hic. Cald. de Eccles. interdict. fol. 11. col. 1. Gonfalus ad Villadiego de irregul. c. de interdict. quibus etiam placuit, non posse tempore interdicti pulsari cymbalum in signum eleuationis Eucharistiae.

Decimoquarto non inutiliter hoc in loco tractabitur, siue irregularitas contra haec ex eo, quod in celebrandis officijs diuinis non fuerint omnia seruata, quorum in hoc §. mentio fit. etenim Cald. optimis quibusdam rationibus in tract. de Eccles. interdict. membr. 6. colum. 7. opinatur, celebrantem missarum solennia tempore interdicti non seruatis exactissime huius quae in hac constitutione continentur, irregularem esse: in quo ipse nec dubito, nec video posse iustus ex causis dubitari, celebrans tempore interdicti ante istam constitutionem, esse dubio procul irregularem, saltem si celebraret non seruatis huius, quae in hoc §. seruanda exponuntur. & tamen per hanc constitutionem haec diuinorum officiorum celebratio permessa non est. Igitur euidenter constat, ita celebrantem irregularem esse. idem dicendum erit de eo, qui officia diuina certo ordini Ecclesiastico conuenientia minime seruata forma ista peregerit.

De illo autem qui alijs celebrantibus campanas pulsauerit, vel Ecclesiarum ianuas aperuerit, irregularem esse: quia in crimine cooperetur, not. Cald. in d. membro 6. col. 7. Flor. part. 3. tit. 26. c. 4. col. 1. Ioan. And. hic, Gonfalus ad Villadiego de irregul. c. de interdict. ex c. si concubina. de sentent. excom. qua ratione & ipse Gonfalus col. pen. opinatur, irregularem esse eum, qui cum excommunicatus sit, alteri excommunicato, vel interdicto celebranti adiutor extitit simplex in celebratione missae. sed & eadem ratione idem dicendum foret, si ipse coadiutor, ac simplex ministrus non esset excommunicatus: cu ratio assumatur ex eo, quod in crimine alteri cooperetur. quod falsum est. nam qui ministrat simpliciter celebranti tempore interdicti non seruata forma huius §. irregularem non est vt idem Gonfalus in d. c. de interdict. col. pen. tenet post Domin. in c. de cui. §. vlt. sup. isto lib. quibus

cap. de interd. colum. 3. Palud. in 4. sentent. dist. 18. quest. 8. art. 3. principali versic. sed verius.

Contraria sententia plerisque verior videtur aliquot rationibus, quarum potissimas hac in parte subiciam: nec enim conuenit multa ad hanc disputationem adducere, quae solent quacunque in controversia questione vtrunque proponi, ad maiorem potius verborum cumulum, quam ipsius definitionis utilitatem.

Primum enim vrget pro hac opinione ipsa dictionis significatio: quae plane videtur inducere penitus cessationem à diuinis officiis, eam inquam, quae distinguitur à prohibitione illa, quae per interdictum decernitur, quasi interdictum prohibeat officiorum diuinorum celebrationem penitus quibusdam statutis aduersus ea celebrantes: cessatio vero introducta omnino suspensionem diuinorum officiorum ab interdicto distinguit, & quae praecipue ad factum, non ad iuris effectus referenda sit. alioqui nulla iusta ratione iudicanda foret nominum diuersitas: si idem per interdictum, & cessationem significaretur: & temere diuersis nominibus fuissent nuncupata. *J. Papinianus ex lib. ff. de minori. l. si iud. C. de codic. de appel. vbi colum. 1. illum text. intelligens in cessatione à diuinis adnotauit, non esse permillum eo tempore, quod Episcopus celebret indistincte: sed certa forma: nempe ianuus clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis. c. vlt. de priuileg. isto l. c. quod nonnullis eod. tit. & vol. Igitur si Episcopis iure speciali secundum Ioan. Andr. tempore cessationis hoc permillum extat, reliquis clericis id negatur: atque ita non poterit tempore cessationis à diuinis text. hic obtinere.*

Tertio, eandem opinionem probat text. elegans in d. c. si canonici. §. si autem. supra de offic. ord. inibi etenim respondetur, eum, cuius culpa cessatio indicta fuerit, teneri canonicis, & clericis ad id quod eorum interstit ex eo, quod omnino cessantes à celebratione diuinorum officiorum quotidianas distributiones amiserint, aut sane non acquisierint: iuxta c. vnicum, de clericis non resident. isto lib. quod si canonici, & clerici tempore cessationis à diuinis possent diuina officia celebrare, seruata forma huius §. profecto nulli dubium poterit contingere, quin & distributiones quotidianas acquirant: sicuti & in hac §. responsum extat.

Quarto constat, olim ante istam constitutionem tempore cessationis à diuinis penitus interdictionem esse, & fuisse diuinorum officiorum celebrationem c. non est vobis. de spons. secundum communem eius interpretationem. & tamen nulli huic veteri iuri derogatum est: cum hac constitutio de interdicto tractet: non de cessatione à diuinis. Fit ergo manifestum, adhuc manere vetera iura illata: & idcirco non posse tempore cessationis à diuinis officia diuina celebrari, etiam ianuus clausis, interdictis & excommunicatis exclusis. ex quibus mihi satis euidenter apparet, hanc vltimam opinionem iure veritorem esse. Cui parum obertunt quo prior loco in contrarium adducta fuerit: cum cessatio à diuinis rationem distinctam habeat ab interdicto propter omnimodam, quam inducit suspensionem organorum Ecclesiasticorum: & quia iure ipso Pontificio manifestum est in hac specie discrimen inter cessationem & interdictum, auctoritate text. in d. c. si canonici. §. si autem. de offic. ord. isto libro.

Vtunque tamen sit, tempore cessationis à diuinis poterunt ea sacramenta ministrari: quae tempore interdicti poterant Christi fidelibus ante contestationem istam dari: imo & sacramentum poenitentiae ministrari poterit tempore cessationis à diuinis, non tantum existentibus in mortis periculo, sed & his, qui prospera vtuntur valetudine: vt tandem admittenda sit responsio huius c. in §. qui vero, etiam tempore cessationis à diuinis. Etenim licet haec constitutio de interdicto tractet, nihilominus partim eadem obtinebit in cessatione à diuinis: in his saltem per millionibus, quae non pertinent ad ordinariam diuinorum officiorum celebrationem. Nam praeter rationem considerandum est, hanc decisionem, dum permittit poenitentiae sacramentum ministrari non tantum infirmis, sed sanis, esse iuris extensionem veteris: quod adhuc cessationis tempore seruandum est, secundum vulgo Receptam sententiam.

Hinc patet, tempore cessationis à diuinis locum esse decisioni expressim statuta in c. quod in te. de poenit. & remissione. & tamen dubium erit, an & eodem modo sit admittendum quod in dultum Episcopis est, & quibusdam religiosis, in cap. quod nonnullis, & in cap. 3. de priuileg. §. quod si templari. & cap. in his.

Quinto, eandem sententiam mirum in modum confirmat ea ratio, quae dicitur constitutionem, vtunque correctoriam extendendam fore, si sit animae, & spirituali salutis fauorabilis: quemadmodum visum est Hostien. Ioann. Andr. & Abbati & Praepos. in c. ex tenore. qui sibi sunt legit. gl. in c. si autem. de electione. isto lib. in verbo, alios. cuius & nos meminimus in Epitome ad quartum Decretalium, part. 2. c. 6. num. 12, notant Dominicus & Francus in cap. 1. limit. 4. de tempore ordina. isto lib. Hac autem constitutio fauorabilis est animae, & spirituali salutis: ergo erit extendenda ab interdicto ad cessationem.

Quarto his accedit, quod maius vinculum habet interdictum, quae cessatio à diuinis: vt apparet ex illa questione, qua superius tractauimus de celebrante tempore cessationis à diuinis, an sit irregularis. sed text. hic permittit sub certa forma, celebrari diuina officia tempore interdicti: igitur fortiori ratione permittendum idem erit tempore cessationis à diuinis: cum ea minus vinculum induxerit.

Quinto, ab auctoritate doctissimorum virorum probari videtur hac opinio. Eam etenim veram esse censent Ioa. in d. c. de consensu. lib. 3. tit. 33. quest. 221. Archid. in cap. si canonici. de offic. ord. isto lib. cuius sententiam sensim, & tacite admittente videtur ceteri Doctores ibi, Gonsalus à Villagiego de irregulari.

Prima, quia interdictum generale, & cessatio à diuinis pariter censetur quo ad diuinorum officiorum celebrationem, clem. 1. isto tit. sed in interdicto generali obtinet huius §. permillio: igitur & ea seruari debet tempore cessationis à diuinis arg. l. illud. ff. ad legem Aquil. l. vlt. ad finem. ff. manda. cap. transiatio de consensu. cap. si postquam. de elect. in 6.

Secundo ad idem argumentum ab eadem ratione, quae expressim in hoc c. §. quia vero. continetur. Nam illa Romanum Pontificem induxit, vt hac praemissa forma, tempore interdicti diuina celebrarentur officia: hancque celebrationem veteri iure vetitam permitteret. Eadem vero ratio omnino in cessatione à diuinis obtinet: quod satis manifestam est. Ergo & tempore cessationis à diuinis huius §. decisio seruari debet. siquidem à ratione expressa in aliqua constitutione optime procedit argumentatio ad casum omissum. gl. in clem. 1. verbo eligatur. de elect. notant Bar. & alij in l. Gallus. §. & quid si narium. colum. 2. ff. de liberis & posthum. etiam in materia correctoria: vt ipsimet adnotarunt: & Francus in cap. 1. de temp. ordinat. isto lib. limita 6. Fortun. in d. §. & quid si tantum. super gloss. emancipatus, tradunt Euerard. in loco à ratione cessante. Ioa. Croc. quest. 9. Bart. & Ripa. num. 57. in l. si constante. ff. solut. matrim. Dec. in cap. ampliatio. de consensu. 2. lect. & in l. si quis id quod. ff. de iuri. facti. omni iud. & in l. factum. §. in pena lib. ff. de reg. iur. Andr. Alciat. de verb. signi. lib. 2. colum. 40.

Tertio, eandem sententiam mirum in modum confirmat ea ratio, quae dicitur constitutionem, vtunque correctoriam extendendam fore, si sit animae, & spirituali salutis fauorabilis: quemadmodum visum est Hostien. Ioann. Andr. & Abbati & Praepos. in c. ex tenore. qui sibi sunt legit. gl. in c. si autem. de electione. isto lib. in verbo, alios. cuius & nos meminimus in Epitome ad quartum Decretalium, part. 2. c. 6. num. 12, notant Dominicus & Francus in cap. 1. limit. 4. de tempore ordina. isto lib. Hac autem constitutio fauorabilis est animae, & spirituali salutis: ergo erit extendenda ab interdicto ad cessationem.

Quarto his accedit, quod maius vinculum habet interdictum, quae cessatio à diuinis: vt apparet ex illa questione, qua superius tractauimus de celebrante tempore cessationis à diuinis, an sit irregularis. sed text. hic permittit sub certa forma, celebrari diuina officia tempore interdicti: igitur fortiori ratione permittendum idem erit tempore cessationis à diuinis: cum ea minus vinculum induxerit.

Quinto, ab auctoritate doctissimorum virorum probari videtur hac opinio. Eam etenim veram esse censent Ioa. in d. c. de consensu. lib. 3. tit. 33. quest. 221. Archid. in cap. si canonici. de offic. ord. isto lib. cuius sententiam sensim, & tacite admittente videtur ceteri Doctores ibi, Gonsalus à Villagiego de irregulari.



Et cap. vi privileg. eod. tit. & c. vlt. eiusdem Rubricæ, isfol. liquidem Ioan. And. in d. c. delictis. de appell. insinuat, has omnes permissiones locum habere, etiã tempore cessationis à diuinis: cū & tempore interdicti fuerint iure veteri olim statuta, & indultæ: quo tamen iure omnino diuina cessabant officia ob interdictum: nec vlla sub forma poterant celebrari. Posset sane quis ex hoc argumētari, tempore cessationis à diuinis recipiendam fore huius §. formam, & permissionem, quæ iure cōmuni statuta est, cum & eo tempore admittantur ea privilegia, quibus licitum est iure veteri tempore interdicti diuina officia celebrare aliquot in casibus ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis. hæc etenim privilegia sunt aduersus ius cōmune tempore interdicti cōcessa, & eadem ad tempus cessationis à diuinis extenduntur, vt Ioan. And. sentit, igitur & huius constitutionis ordinarium indultum iuris communis vim habens, etiam in ad interdictum in specie referatur, extendendum foret ad cessationem à diuinis, atque ideo admittenda prior opinio, nisi quis ex aduerso responderit, non posse rationem istam ex æquo probari, quia dicta privilegia non extinguunt penitus vim, & effectum cessationis à diuinis: quemadmodum exstingueret huius constitutionis indulgentia, si ea foret admittenda, & maxime hæc extensio esset contraria iuri Pontificio propter text. in d. cap. si canonici. §. si autem.

Nec tamen hoc erit iam omittendum, quod habens privilegium speciale extra iuris constitutionem, audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit ea audire tempore cessationis à diuinis, etiã seruata huius capitis forma. Nā licet iure cōmuni æquipolleat cessatio à diuinis interdictio, quoad ea quæ modo dicta fuere, non tamen idem erit de iure speciali, quemadmodum deduxere hanc rationem passim iuris vtriusq; Dd ex gl. & in elem. vnic. de baptismo. Ancha. presertim in cap. statutum. in 2. de heretic. isfol. lib. Alex. in additionib. ad Bar. in l. potestate. ff. de his qui sum sui vel alieni iuris. tradit late Fel. in c. in presentia. de probat. num. 21. & 22.

Denique etiã si iure verior esset opinio eorū qui censent, tempore cessationis à diuinis obseruandā fore huius §. formam: nihilominus contraria sententia potior est propterea, quod fuerit cōsuetudine recepta. Etenim iam diu obtentū est, penitus cessandū esse ab officijs diuinis tempore cessationis, nec ea posse celebrari iuxta formam huius §. quæ quidē cōsuetudo non admodū longi temporis vsum exigit: cum ob diuersas hac in controuersia opiniones, tum ex eo, quod per eam ad ius commune vetus, & Pontificiū redeamus: argumēto gl. celeberris cap. statutum. de prob. isfol. lib. in verb. numerandum. cuius nos obiter meminimus in l. 3. variar. resol. cap. 6. n. 4. post alios: quorum meminit late And. Tiraq. de primog. q. 2. n. 6. text. opti. in c. ab exordio 35. dist. tradunt Iaf. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. col. 2. Fel. in c. cum accessissent. de const. vbi Dec. col. 3.

§. QVINTVS. SVM MARIA.

- 1 Eucharistia festiuitas vsque in octauam diem interdictum Ecclesiasticum suspendit.
- 2 Festum conceptionis virginis Mariae idem privilegium habet.
- 3 Cessatio à diuinis an admittat huius §. suspensionem?
- 4 Aduentus regis habet hoc privilegium, quoad interdictum suspendatur.
- 5 Officia diuina que sunt permixta tempore interdicti in his festiuitatibus.
- 6 Sepultura Ecclesiastica, an possit in his festis dari, & quid de sacramentis?

Subsequitur statim insignis huius constitutionis responsio ad interdicti Ecclesiastici censuram omnino necessaria, cuius examinatio exigit quod breuiter exponamus contextum ipsius literæ ad faciliorem cognitionem.

In festiuitatibus vero natalis domini, paschæ, ac pentecostes, & assumptionis virginis gloriose campanæ pulsentur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia solenniter celebrantur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum, & vt ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus diuinorum: sic tamen quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, alteri nullatenus appropinquent.

Hactenus huius §. litera: quæ sequentes intellectus ad eius elucidationem admittere videtur.

Primum equidem constituendum est, idem esse privilegium in die, quo festiuitas eucharistia, & corporis Christi solent solenniter celebrari: quod in honorem tanti sacramenti

Martinus 5. concessit: & Euginius 4. ad octauam vsque diem extendit, sicuti not. Ang. in verb. interdictum. 6. q. 16. & Syluest. in verb. interdictum. 5. q. 2. post Flor. part. 3. tit. 26. c. 4. cui privilegia statuta, decisa fuere per Rom. Pontif. in clem. 1. de reliq. & vna: sanct. vbi gl. in verbo. reuelatum. prædixit hanc Martini, & Eugenij concessionem. [De huius vero solennitatis origine, & deq; multis ad eam pertinentibus late tractant Claud. Spencerus lib. 2. de Eucharistia. c. 8. Claud. de Sanctis Episcop. Ebroicensis relect. 9. c. 8. eiusd. arct.]

Secundo, hanc eandem constitutionem extendendam fore ad festum, & octauam conceptionis immaculatæ virginis Mariæ ex privilegio Leonis decimi assecerat auctor compendij privilegiorum ordinis mendicantium in verbo. conceptio. §. 12. & in verb. interdictum. 2. §. 8. eaque concessio, vt ipse refert, tantum apud Hispanos obtinet, cui privilegio accedunt multa, quæ de immaculata conceptione virginis Mariæ doctissimi, ac sanctissimi viri scribere defendentes, eam conceptam fuisse absque labe originalis peccati, quæ opinio probata fuit in concil. Basil. sessione 36. & multis auctoritatibus defenditur ab Ambrosio Catharino in speciali huius questionis opusculo. extat & elegans carmine lib. 1. parthenices Mariæ apud Baptist. Mattua. eandem opinionem tenent & Scotus & ceteri Theologi ibidem in 3. sentent. distinct. 3. Abb. col. 2. & Anton. in c. vltim. de feris. idem Ambros. Cathari. lib. 4. aduersus Caietan. (Et Petrus Galatinus lib. 7. cap. 3. & sequentibus) licet gloss. in verbo. naturas. de consec. dist. 3. & ibi Card. à Turre Cremata, Archid. in cap. firmis. de consec. dist. 4. Ioan. Andr. in d. cap. vltim. de feris. Specul. eccles. tit. de feris. Caieta. in peculiari de hac controuersia libello. idem in part. 3. quest. 27. artic. 2. contrariam sententiam tenere, ac probare conantur. Qua in re illud sit constitutissimum, maxima cum veneratione ex Ecclesiæ instituto festiuitatem istam quolibet anno celebrari, & celebrandam esse, quod constat in constitutione extrauaganti. Sixti 4. quæ incipit. Grate nimis, de reliq. & venerat. sanct. inter communes: quo in loco excommunicationi & alijs penis subiunguntur asserentes, eos mortaliter peccare, aut hereticos esse, qui conceptionem virginis immaculatæ, vt festum diem celebrauerint, vel dixerint, virginem Mariam absque labe originalis culpæ conceptam fuisse. rursus & eadem constitutio sub eisdem penis Romæ Ponti. prohibet, daminari per quemquam, vt hæreticam opinionem illorum, qui existunt, virginem Mariam non fuisse in eius conceptione præseruatam ab originali culpa, aut huius sententiæ auctores mortaliter peccare: cum ab Ecclesiæ catholica nondum sit hæc controuersia decisa. Hoc ipsum auctoritate Synodi Tridentinæ probatur his eadem verbis sessione 5. declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse huius intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genericem, sed obseruandas esse constitutiones felices recordationis Sixti Papa 4. sub penis in eiusdem constitutionibus cōtentis, quas innouat. Hæreticus Tridentina Synodus, quæ voluit, questionem adhuc manere sub controuersia, absq; certa Ecclesiæ definitione.

Ad hæc tamen scribit egregius Doct. Martin. Azpilcueta in c. quando. de consec. dist. 1. notab. 19. nu. 86. hoc privilegium datum fuisse festo conceptionis quo ad istius capitis indulgentiam, non in vniuersum, sed tantum in his Ecclesijs, in quibus ipso die conceptionis hora canonice, & officina diuina dicuntur secundum ordinem, & ritum institutum a protofototario de Nogarolis, testaturque vir doctissimus se privilegium ipsum legisse.

Tertio, hæc constitutio hac in parte intelligenda est in interdicto generali. Nani in Ecclesiæ specialiter interdicta minime est admittenda: imo in ea Ecclesiæ non poterunt publice, nec secrete diuina officia celebrari etiam in his festiuitatibus. Quod probatur ex his, quæ diximus in §. aduentus. supra proximo. n. 1.

Quarto ab his, quæ in præcedentibus tractauimus, quibusdam videtur, non esse locum huic constitutioni quo ad huius §. decisionem tempore cessationis à diuinis, quorum sententia profecto admodum probabilis est, & poterit in disputatione facillime defendi. Ipse tamen contrarium potius admitterem ex multis: sed præcipue, quod cessationis à diuinis non omnino derogaretur, etiam si in his festiuitatibus diuina officia celebrantur: siquidē hæc celebratio temporaria, est ad hos dies festos restricta, quam obrem manet

ipius cessationis vis his diebus transactis. deinde eadem ratio profus in cessatione à diuinis sicut in interdico procedit. Atque præter ista, nulla est iuris Pontificij constitutio, quæ hanc benignam huius interpretat. excludat: idcirco fatalis hæc sententia potior est.

Quarto est obseruandum, quod & in aduentu regis in aliquam ciuitatem, quæ interdicta sit, eadem hæc constitutio admittenda est, vt diuina officia celebrentur publice iuxta formam huius §. quemadmodum tradit Ioan. Staphil. de iura for. in huius §. quod ipse non alia ratione probat, quam quod deferendum sit dignitari regia. c. sol. in de probat. quæ & forralis hoc ipsum obtinebit tantum quo ad diem aduentus, vel alterum istam sequentem: non quoad totum ipsum tempus, quo Rex in aliqua vrbe manserit: effectum id admodum graue, & in dispendium censuræ Ecclesiasticæ.

Sexto ad intellectum huius §. inuestigandum est, quæ hæc horæ canonicæ possint in his diebus celebrari publice: & gloss. in verb. assumptio. scribit incipiendum esse diuinum officium à vespere diei præcedentis festiuitatem, & finiendū ipso die festiuitatis vespere iam peractis ita, vt completorium ianuis clausis, non publice dicatur. hanc gloss. sequuntur Ioan. And. & Ancha hic. Cald. in tractat. de Eccles. interdict. c. 6. membr. §. viso de effectu. col. 8. Flor. part. 3. tit. 26. c. 4. argumeto text. in c. 2. de feris. quo probatur in celebrandis festiuitatibus ab Ecclesia initiatis diem esse computandum à vespere in vespere: quod Docto. ibi communiter adnotarunt. idem deducitur ex text. in Clem. 1. ad fin. in verb. in primis autem festis. de reliq. c. v. in l. i. Felin. in c. consulti. col. 3. versic. in priuilegiis de offic. deleg. Paul. & Ia. in l. more. ff. de feris. Felin. in c. Ecclesia sancta. Maria. de consuet. col. 18. vers. 5. conclusionis declaratio. cap. 1. vbi gloss. de consuet. dicit. Anton. & Abb. in c. 1. de feris. l. e. i. c. 2. 3. not late Andr. Traque in tract. de vtroque retract. §. 1. gl. 11. nu. 13. contrarium tamen in hac questione quæ tractamus tenent Archi. Dom. & Francus hic. Freder. conf. 111. col. 3. Syluest. in verbo. interd. §. 2. Gonsal. à Villadiego de irregulari. interd. col. 5. Ang. in verbo. interd. §. 6. q. 18. probantes, etiam completorium harum festiuitatum post secundas vespere posse dici publice, quemadmodum & alia diuina officia illius diei: cum adhæreat completorium istud secundis vespere. quam opinionem consuetudo probat: & esse veriore nos opinamur.

Septimo hic text. ita intelligendus est, vt his dieb. nõ tantum missarum solennia ipsius festiuitatis, sed & missæ pecculares, ac votiuæ dici, ac celebrari publice possint. quod in præcedenti §. adnotauimus non. 3. atque in specie huius §. idẽ tenuerunt Cald. de eccles. interd. 6. membr. fol. 12. col. 4. Syluest. in verbo. interd. §. 2. Floren. part. 3. tit. 26. cap. 4. col. 2. quorum opinio satis probari potest. nec restringenda isthæc est con- ditio: cum fauorem inducat maximum ad diuini cultus religionem.

Octauo queritur oportune, an liceat in his festiuitatibus mortuos sepelire intra Ecclesiam: & gl. in Clem. 1. de sepul. in prin. tenet, quod hoc minime liceat: cum tantum permit- tantur officia diuina, & eorum publica celebratio: sepultura vero mortuorum non pertinet ad officia diuina: probat hoc ipsum text. elegans in cap. cum & plantari. §. quod si templarij. de priuileg. vbi eo tempore, quo in Ecclesijs interdictis permilla est diuinorum officiorum celebratio propter aliquod priuilegium: non ex hoc censetur permilla mortuorum Ecclesiastica sepultura, sic denique præcitatum gloss. sequuntur Card. Imol. Abb. Ioan. Vanchelius, & Bonifac. colum. 3. ibidem. Ioan. And. Domi. & Franc. hic. Fred. in d. conf. 111. col. 5. Gof. à Villadiego de irregulari. cap. de interd. col. 5. Scribens post Imol. in d. Clem. 1. idem esse quo ad officium defunctorum, vt hoc his diebus dici nõ possit, etiam si corpus extra Ecclesiam sepeliatur. in quo Freder. in d. conf. 111. & Syluest. in verbo. interd. §. 4. cõtrarium tenent, licet prædicta opinio quo ad sepulturam, quæ communis est, probaretur, cum & officium defunctorum pertineat ad diuinorum officiorum celebrationem. Quam sententiam ipse veriore esse cenfeo. Imo & posse intra Ecclesiam his diebus corpora defunctorum sepeliri, aduersus magis receptam vulgo opinionem probant Cald. de eccles. interd. 6. membr. versic. item queritur. Anchar. hic. Angel. in verbo. interd. §. 6. quest. 35. Floren. part. 3. in d. cap. 4. cõs ratione, quod sepultura fere ad officium diuinum pertineat: quia fuitus ipsum ad Ecclesiam defertur cũ officio diuino. cap. quia diuina. 13. quest. 2. & hæc quidem opinio benignior est, iureque defendi, & æquitate poterit.

Illud tamen est apud omnes in confesso, in his festiuitatibus omnia licere, quæ ad officium pertineant diuinum, & eius celebrationem: ea vero, quæ pertinent ad sacramenta, minime permitti, nisi ea forma, quæ permittuntur alioqui tempore interdicti: vnde plura possent deduci ad huius res- ponsi interpretationem, quorum aliquot exponam.

Nono hinc constat, posse in his diebus hic connumeratis benedici Abbates, virgines, aquam, vestes, & alia Ecclesiastica ornamenta: quod communi omni sententia probatum est, præsertim ab Anch. Fred. Cald. Syluest. & aliis: atque ab Ang. in verb. interd. §. 6. quest. 18.

Decimo, secundum eosdem non poterunt in his festiuitatibus sacramenta eucharistiæ, & extremæ vnctionis ministrari: prius quidem his, qui nullo mortis periculo afficiuntur: posterus nec his, qui mortis articulo, & agone grauantur. quod probatur ex his, quæ nos adnotauimus in hac 2. part. §. 2. numer. 7.

Vndecimo constat, tempore interdicti posse publice Nuptias benedici ex concessione huius constitutionis in his diebus, quibus speciali priuilegio licet diuina officia celebrare apertis ianuis, & solenniter, modo alia ex causa non fuerint prohibite nuptiarum benedictiones. Est etenim benedictio nuptiarum diuinum officium: sicut Cald. & alij communiter tradidit. Syluest. post Hoff. in verbo interd. §. 2. Fred. conf. 111. Ancha. Francus, & alij huius constitutionis interpretes. sic locum obtinebit hæc opinio in die Assumptionis sacratissimæ virginis Mariæ, & in eucharistiæ festo: nam in alijs diebus hic expressis interdictæ sunt nuptiarum benedictiones iuxta notata in ca. Capellanus. de feris. & in epitome ad 4. lib. decretalium. part. 2. c. 8. §. 11.

Duodecimo inde apparet, in his solennibus festis, quorũ hic mentio fit, etiam ipsis clericis non licere eucharistiæ sacramentum accipere, nisi simul in illarum celebratione ipsi eucharistiæ sacrificium consecrantes obtulerint: ut notat Ioan. Andr. Domi. Franc. & Doct. hic. Cald. de Eccles. interd. 6. membr. tantum enim clericis licet diuina officia celebrare, vt communi omnium iudicio diffinitum est.

Decimo tertio ipse infero, etiam in his festiuitatibus non licere fontes baptismatis benedicere, præterquam in ipso festo Resurrectionis, nec enim tempore interdicti licet fontem benedicere: cum hæc benedictio non sit necessaria ad baptismi sacramentum: quod notat Paluda in 4. sent. dist. 7. q. 3. qua ratione reliquis diebus, quibus sollemnis est fontium benedictio instituta, fontes sacri baptismatis benedicentur eo modo, & forma tempore interdicti, quo cetera diuina officia celebrari possint. Nec obicit quod de chrismate decisum est in c. quoniam. isto tit. quia illud est necessarium omnino ad confirmationis sacramentum.

Postremo, vltima huius capitis pars non erit prætermittenda: siquidem Aret. in c. 1. col. 6. de rescrip. Fel. in c. nonnulli. col. 7. eod. tit. vers. secundo fallit. & Ludo. Goza. in conf. 14. num. 12. ex ea adnotarunt, priorem legem rescriptum, aut priuilegium habens simplicem futuræ concessionis aut constitutionis derogationem, tolli per sequens, in quo hæc fuerit concepta clausula: Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & constitutionibus, atque rescriptis, quavis forma, & expressione verborum conceptis. Quam opinionem ipse latius examinaui in 2. part. Rub. de testam. num. 19.

Tandem his explicitis, finem huic relectioni constituimus, lectorem beneuolum admonentes, nos semper sedulo in hisce tractatibus operam dedisse, vt breui quodam examine quæ præ cæteris selegimus, adnotarentur.

IVRISPRVDENTIAE STV-
dioso Lectori.

Qua fuerat quondam variis abscondita libris.
Et dubijs multis obruta materi:
Ordine qua nullo rutilis, & sine luce iacebat,
Atque nouis passim libris implicita.
Hanc tibi dat Didacus dubijs & lire carentem,
Et clarat arte: quis hoc ante peregit opus?

Iacob. Bossius.

Relectionis finis.

LI 2 DIDA